



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos  
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum  
Christianarum Memoria, Libri X**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Helgestadi[i], 1671**

Gerardus Ioh. Vossius Lib. II. De Historicis Latinis, Cap. XXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10968**

*In Epistolas Canonicas,* Libros septem.  
*In Acta Apostolorum,* Librum unum.  
*In Apocalypsim S. Ioannis,* Libros octo. *Planior fit sensus myster.*  
*Homelias in Evangelia.* Librum unum, *Consulens Dominus hu-*  
*manæ.*

M. S. Oxoniæ in Collegio Balliol. Extat Parisijs anno 1545.  
*Homelias Hyemales,* Librum unum. *Non solum opera & virtutes.*  
*Homelias æstivales,* Librum unum, *Commendat nobis hæc sa-*  
*cratiss.*

*De Christianorum rerum memoria,* Librum unum. *Quantum eru-*  
*ditionis, quantum divinarum.*

*Brevem expositionem Canonum,* Librum unum. M. S. in Bi-  
 blioth. G. Copi.

*De sancta Trinitate,* Librum unum.

*De amore cælesti,* Librum unum.

*De mundi voluptate,* Librum unum.

*De varietate librorum,* Libros tres. *Cum sis unicum & sanctis-*  
*simum.*

Extat Parisijs anno 1531.

Scriptit etiam tractatus, epistolas, & opuscula alia plurima. Postquam autem Episcopatu suo tredecim annos præfuisset, senio & laboribus confectus in vivis esse desit, anno salutis plus minus 753, vel secundum alios 855, & ut habet *Bruschius* Halberstati in Ecclesia S. Stephani sepultus est, imperante Anglis sive *Ethelulfo*, sive *Alfredo*. Vide nostrum de Apostolicis Angliæ viris Catalogum.

## GERARDVS IOH. VOSSIUS

*Lib. II. De Historicis Latinis,*

*Cap. XXXV.*

**H**Aymo, sive *Haimo*, aut *Heimo*, vel *Hemmo*, primo Fuldensis, hinc Hirsfeldiensis monachus, deinde Halberstadenfis episcopus

scopus, floruit tempore *Lotharii*, filii *Ludovici Pii*, ac fedit annis XII, cui *Hildigrin* in episcopatu successit. *Tritthemium*, qui & Abbatem *Hirsfeldiæ* fuisse arbitratur, plane ratio fugit. Nam quo eum tempore Abbatem fuisse putat, *Bruno* Abbas erat: *Haimo* autem Episcopus. Hic præter Commentarios in utriusque instrumenti libros, cum alia reliquit, tum opus historicum *de memoria rerum Christianarum*: quod *Coloniæ* primum, ac postea cum notationibus *Petri Galefuii* prodiit *Romæ* anno MDLXIV. Ejus non meminit *Sigebertus*: qui de *Haymone* loquitur libro de *Viris illustr.* cap. cxxxvi: sed meminit *Tritthemius* in *Catalogo*. At quod idem *Tritthemius* obiisse ait sub *Ludovico Caroli M. F.* anno MDCCCXXXIV: id vel refellitur eo, quod interfuerit *Synodo Moguntina*, quæ anno MDCCCXLVIII, præside Archiepiscopo *Rabano Mauro*, celebrata fuit, qua de *synodo dictum* nobis libro ultimo *Historiæ de controversiis à Pelagio motis*. Quare verius, quod legas in *annalibus Francorum incerti scriptoris a Pirhae* in lucem datis, ubi hæc verba: *Anno MDCCCLIII. Hemmo Haberenfis (Halberstadenfis) Episcopus V. Kal. Sept. de hoc mundo transiens Folchardum successorem reliquit.*

Ac tanto magis *Annalium* hic auctor fidem meretur,  
quod eodem tempore vixerit.

